

Si forte semper sic fieri accepimus ut Regum afflicti casus multorum animos facile alligant ad misericordiam, et maxime eorum qui Reges sunt, aut in Regno uiuunt, quibus Regale nomen magnum, et sanctum est, certe nunc is est Regis, Regniq; Gallie status et conditio, ut non tantum humanissimo, et clementiss. Principi, et Imperatori potentissimo sed uel etiam uel inhumano Tyranni lacrimas excutere possit, adeo perturbata sunt omnia, amentia, et furor quorundam, qui dum religionis Zelum pretendunt, trium ordinum auctoritatem, atq; decreta, ac omnes huius Regni Leges subuertunt, et discordijs, direptionibus, sanguine expleuerunt. Cum ergo, sacrosancta maiestas inter omnia Christiani nominis Regna primum, et summum gradum a Deo obtineat, eiusq; ueluti proprium, et hereditarium sit orbis Christiani uincula fulcire, et uulneribus mederi Legatos hos nostros integre, et fama, et fidei uiros ad deponendam in sacre re. mansibus causam nostram, eiusq; auxilium implorandum misimus, quorum ex ore plenus rem omnem, eiusdemq; causae nrae equitatem intelliget, quibus si aures accommodet, et fidem eam, quam nobis ipsis si coram essemus, adhibeat, certo confidimus re cognita in nostram causam meliorem naturam. Deus Opt. Max. S. Cas. re. his difficillimis temporibus ad res perditas restituendas uuentem, et late dominantem diutius in eolumem tueatur Spiritu fortitudinis, prudentia et constantia confirmet. et clarissimorum uultoris semper magis, ac magis exornet
Aureliae Cal. Octob. 1562

Mostre tressumbe et tresobessant
Permittur

Louis De Bourbon

[Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]

[A large block of very faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint handwritten text, possibly a signature or a specific note.]

[Faint handwritten text, possibly a name or a date.]

[Faint handwritten text at the bottom of the page.]